



Cruz

UVA. BHSC. SC 03861

800

3.861

~~S 237~~

3

2 SM

2 861

UVA. BHSC. SC-03861

3861

~~6=A~~ ~~68=A~~
67-4

63

Handwritten scribbles in blue ink, possibly remnants of a signature or stamp.

LVDOVICI IVSTI

GALLIÆ, ET NAVARRÆ

Regis Inuictissimi

VITA, ET VIRTUTES

QVADRAGINTA ELOGIIS

explicata, Occasione Funeris eidem decreti

A SORORE AMANTISSIMA,


CHRISTIANA,

SABAVDIÆ DVCE, CYPRI REGINA,

Anno Domini M. DC. XLIII.

Auctore ALOYSIO IVGLARIS, è Societate IESV.

Collegii paris. soc. Jesu



LVGDVNI,

Sumptibus GVILIELMI BARBIER.

M. DC. XLIV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

VITA ET VIRTUTES

A ROBERTO AMANTISSIMO
CHRISTIANO

FRANCISCO DE S. J. C. P. R. I. S. T. I. A. N. O.
AÑO 1600

IN OMNIBUS
Sempiternus CHRISTIANUS

M. D. C. XLIIII
CVM PRIVILEGIO REGIO



POTENTISSIMO CELSISSIMOQVE
è Regio Sanguine

PRINCIPI CONDÆO
HENRICO BORBONIO
BURGVNDIÆ PROREGI, &c.

REGIVM Munus, Regio Principi, Ego &
Regi, & Tibi, POTENTISSIME
PRINCEPS, subditus affero. LVDOVICVM
IVSTVM, quem necdum satis eluximus, apud Te,
Agnatum, sanguine vt mente coniunctissimum,
quem, dum ille vixit, semper & amavit, & co-
luit, pondus proculdubiò non ingratum humilis
depono. Habes hîc Virtutes planè Regias, quas
Tu ipse nobis exhibes; Lauros, quæ vel inter fu-
nebres cupressos pulchrè toti Galliæ per tuum
maiores Iulum vix bene Iuuenem, sed iam matu-
rum Heroëm, etiamnum virent; Triumphos, quos
tuis & consiliis, & armis promouisti; Miracula de-
mum, quibus interfuisti. Hæ sunt Preli mei Typo-
graphici Primitiæ, quas CELSITVDINI TVÆ,
ã 2 nimirum

nimirum Æduanus Burgundio, & è Tuis Cabi-
lonensibus infimus, iamdudum deuoui. His, mi-
hique, quæ tua Clementia est, si faueris, felix
sum: & optandum mihi nihil superest, nisi vt
viuas, & in æuum valeas, **PRINCEPS CELSISSIME.**
Hoc vouet

Tuus humillimus, obsequentiſſimus, & deuotiſſimus

GVILIELMVS BARBIER, Cabilonenſis.

ELOGIORVM

ELOGIORVM
ARGVMENTA.

ELOG. I.	L VDOVICI Natalia, Cæli, terreque prodigiis illustrata.	pag. 2
II.	Nascens ter oculos, ac manus in cælum attollit.	3
III.	Accepto à Patre gladio puer in Regni & Dei hostes armatur.	4
IV.	A prima ætate humanis virtutibus assuescit.	6
V.	Anno ætatis decimo consecratur in Regem.	7
VI.	Annam Austriacam Vxorem ducit.	8
VII.	Sibi, Deoque rebelles compescere aggreditur.	10
VIII.	Bearnensium nouam Rempubicam quadam quasi specie venationis euertit.	11
IX.	Ad Fanum Engeriacum mira Religionis, & For- titudinis experimenta.	12
X.	Ræam Insulam rebellibus eripit, mox & ab Anglis defendit.	14
XI.	Rupellam ab aliis Regibus sæpe frustra tentatam aggreditur.	15
XII.	Rupellam post 15. mensium obsidionẽ expugnat.	17
XIII.	Rupellæ victor Christo, & Sanctis omnibus trium- phum cedit.	18
XIV.	Domitæ Hæreseos inanes conatus irridet.	19
XV.	Pacata Gallia Europam vniuersam suis victoriis implet.	21
XVI.	Litterarum studia magnis honoribus, & largitio- nibus promouet.	22
	ẽ	XVII. Ingentem

XVII.	<i>Ingentem strumis laborantium multitudinem solo sanat contactu.</i>	24
XVIII.	<i>Excitata sepe in Regno dissidia tam feliciter quam prudenter componit.</i>	25
XIX.	<i>Singularia certamina seuerissimis legibus inter- dicit.</i>	26
XX.	<i>Hæredem Filium à Deo impetrat.</i>	28
XXI.	<i>Ludouici singularis in Deum pietas.</i>	29
XXII.	<i>Ardentissimus in suos Amor.</i>	30
XXIII.	<i>In summa felicitate summa Modestia.</i>	32
XXIV.	<i>In Calamitosos beneficentia.</i>	33
XXV.	<i>In deligendis idoneis magnarum rerum administris Prudentia.</i>	34
XXVI.	<i>Mira in adeundis periculis fortitudo.</i>	36
XXVII.	<i>In plectendis sceleribus, ac munerandis virtutibus summa Iustitia.</i>	37
XXVIII.	<i>Laborum amor, & patientia singularis.</i>	39
XXIX.	<i>In voluptatum usu temperantia.</i>	40
XXX.	<i>In condonandis iniuriis Clementia.</i>	41
XXXI.	<i>In Celites omnes affectus.</i>	42
XXXII.	<i>In lethales noxas odium immortale.</i>	44
XXXIII.	<i>Variis egritudinibus premitur.</i>	45
XXXIV.	<i>Mortalitatis suæ memor Regno suo consulit.</i>	47
XXXV.	<i>Intentus ad cælestia rebus humanis penitus vale- dicit.</i>	48
XXXVI.	<i>Ad mortis nuncium hilaratur.</i>	49
XXXVII.	<i>Ascendenti in cælum Christo triūphi comes adiūgitur.</i>	51
XXXVIII.	<i>Eodē quo Hæricus Pater mortuus die, mēse, horâ.</i>	52
XXXIX.	<i>Mortuus ab vniuersa lugetur Europa.</i>	53
XL.	<i>De tota Ludouici Iusti vita Iudicium.</i>	54

OLIVERIUS

OLIVERIVS PENSA SOCIETATIS IESV

in Prouincia Mediolanensi Præpositus Prouincialis.

Cum librum hunc, cui titulus est, *Ludouici Iusti Gallia & Nauarra Regis
Ciuicissimi Vita, & Virtutes, &c.* à P. ALOYSIO IVGLARIS Socie-
tatis nostræ Theologo conscriptum tres eiusdem Societatis Theologi reco-
gnouerint, ac luce dignum censuerint, vt typis mandetur, facultate nobis
ab Adm. Reuer. P. Mutio Vitellesco Societatis nostræ Præposito Generali
super id factâ, id concedimus, si ita iis, ad quos pertinet visum fuerit. In
quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, ac officij nostri sigillo
munitas dedimus. Mediolani 18. Octobris 1643.

OLIVERIVS PENSA.

EXTRACT DV PRIVILEGE DV ROY.

PAR GRACE ET PRIVILEGE DV ROY donné à Paris
le quatrieme iour de Decembre 1643. Il est permis à G V I L L A V M E
B A R B I E R demeurant à Lyon, de faire imprimer, & vendre en ce
Royaume, en tels volumes, marges & caracteres que bon luy semblera vn
Liure intitule *Ludouici Iusti Vita, & Virtutes quadraginta Elogiis explicata,*
&c. durant le temps de cinq ans, à compter du iour que chacun volume
sera acheué d'imprimer, avec inhibitions & defenses à toutes personnes
de quelle qualité & condition qu'ils soient de l'imprimer, ou faire impri-
mer, vendre ny distribuer par Extraicts, ny autrement durant ledit temps
en aucun lieu de l'obeyssance du Roy, mesmes sous pretexte d'augmenta-
tion, correction, ou changement de titres, fausses marques, priuileges
qu'on pourroit obtenir cy-apres par surprises, &c. à peine de trois mille
liures d'amende, & confiscation des exemplaires, & de tous despens, dom-
mages, & interests: l'Extraict dudit Priuilege mis à la fin ou au commen-
cement du liure deuant seruir de signification.

Acheué d'imprimer la premiere fois le 27. Fevrier 1644.





INDICTIO FUNERIS.

PARENTALIA Fratri
CHRISTIANA persoluens
Amisisse se Patrem profitetur in Fratrem.

Henrico debet, quòd viuere cœperit;
Ludouico, quod non desierit.

Iusta IUSTO negare

Nisi iniusta non potest.

Adeste igitur, luctuum socij,

Quos illa libentiùs adscisceret gaudiorum.

In eius detrimentis

Vestra cognoscite.

Nisi solutis in pluuiam nubibus

Læsæ Serenitatis frustra imploratis aspectum.

Heu Cæci!

Cæcam mortem qui fingimus!

Vidit illa nimiùm magnificentiam

Funeris,

Quo in luctus suos non auara Regina

Victorem conjugem dedicauit.

A

Accendere

Accendere tot faces in tam frigido
 Monstro
 Pompæ persimilis desiderium.
 Crebras Christianæ
 Funerum occasiones datura,
 Illi post Maritum Filium abstulit,
 Fratremque post Matrem.
 Miserecite populi, Principem,
 Quæ si parcè gemat, desit sibi,
 Si magnificè, suis obsit.



E L O G I U M I.

Ludouici Natalia, cæli, terræque prodigiis illustrata.



ALLIÆ Medicus
 E matre Medicea,
 Cosmæ & Damiano Medicis festo die,
 Infecto Regno peperit genitus.
 Spem salutis.

Primus sæculi nascentis Autumnus,
 Fœcunditatem suam commendauit hoc fructu.
 Sanctissimam animam
 Non alius potuit, quàm sanctior annus
 Concipere:

Fuit ille planè Iubileus mundo,
 Cui tantam faceret Indulgentiam Deus.

Gratulata

Gratulata Poëtis

Illustrissimum argumentum Natura
Nouum sidus accendit in Cycno.

Et terram festos agens in motus,
Vaticinata est Erebo

Ab Hercule Gallico certas clades.

Iusto Rege concepto quidni contremisceret,
Sibi tam malè conscius Mundus ?

Hinc tamen Europæ malim

In Ludouicum reuerentiam discas.

Parum fuit ab armato metuere,

Etiàm à nondum genito trepidauit.



ELOGIUM II.

Nascens ter oculos, ac manus in cœlum attollit.



Vis eum Adultum in terra detineat,
Quem vel nascentem attrahere cœlum
Cœpit?

Mundum (quia Dei templum est)

Ita Ludouicus ingreditur,

Vt eleuatis manibus

Agat illicò Sacerdotem.

Illi victimam defuisse ne puta,

Cui tota vita sacrificium fuit.

Oculatissimus animus

Primo telluris offensus aspectu,

Nihil in ea se dignum inueniens,

A 2

Aliò

Aliò conatus est auolare.
 Violenti cœlum si rapiunt,
 Cedat cœlitum regnum Gallorum Regi,
 Cui primus fuerit manuum vsus
 Vitam æternam apprehendere.
 Fesso sufficiens Atlanti
 Explorat illicò oculis pondus suum,
 Et ruenti regendo mundo
 Paratissimas admouens manus,
 Partes suas
 Vel cùm nondum posset agnoscere,
 Iam implebat.
 Miraculum esto aliis
 Præcox hoc desiderium cœli:
 Mihi non quod aliquando cœperit,
 Sed quod nunquam desierit
 In cœlum intendere,
 Prodigium est.



ELOGIUM III.

Accepto à patre gladio puer in Regni & Dei hostes armatur.

VSTITIÆ simulacrum
 Ut Ludouico mundus adoraret in puero,
 Iam habenti Libram ab Horoscopo
 Gladius additur ab Henrico.
 Et Henricus sanè rectè docere potuerat,

Quo

Quo esset in Gallia scepro regnandum,

Qui non magis virtuti & generi

Quàm gladio suo debuit quod regnavit.

Hebetatum à tot palmarum messorum

Ferrum ne credas,

Qualem Hydram eo detruncaverit pius Hæres,

Attende.

Suspiceris & tu id ipsum quod ego,

Henricum Filio

Non dedisse solum gladium,

Sed & brachium suum.

Insultaverit hætenus castris Dei viuentis

Non vnus in Gallia Goliath;

Incircumcisis Gigantibus

Exitialis in noui Dauidis manu gladius est.

Coierint è Lemana Lerna serpentes venefici

In implicatiorem Gordio nodum;

Quem tot Reges non soluerunt ingenio,

Alexander Gallicus soluit ferro.

B

ELOGIUM



ELOGIUM IV.

A prima etate summis virtutibus assuescit.

INTEGRIMA Ludouici vita
 Adhuc non senio solùm,
 Sed & infantiâ caruit.
 Amica medij virtus
 Eum ab vtroque semouit extremo.
 Heroëm voluit non minus nasci, quàm fieri,
 Nec vllum in eius annis inuenies,
 Quem citra iniuriam
 Appellare tenerum possis.
 Felix ager culturam omnem præueniens,
 Cùm ne quidem vernant alij, autumnauit:
 Agricola Deum exhilarauit
 Miraculi plena maturitas;
 Obstupuit in noui Solis aurora meridiem,
 Et semper pollicitum maiora,
 Dum daret maxima,
 Iis fouit studiis,
 Iis stimulis incitauit,
 Vt ingenuæ probitati acquisitam adiiciens
 Ipsismet fieret eruditoribus suis schola;
 Vbi ea ipsa discerent quæ docerent.
 Rege dignam institutionem
 Vix vllus rectè tradiderit,
 Qui aut non viderit Ludouicum Nonum.

Sub

Sub Blanca matre,
 Aut Decimumtertium sub Maria:
 Vterque non ideo ad imperata difficilis,
 Quod imperare aliis natus erat:
 Primam Regni felicitatem
 In Regis probitate constituens,
 Ita Dei Proregem Rex agere instituit
 Vt in vtroque credi potuerit,
 Deus ipse solus
 Sine alio Collega regnasse.



ELOGIVM V.


Anno etatis decimo consecratur in Regem.

LVDOVICI Regnum diu expectare
 Impatiens Fortuna non potuit.
 Quò foret illud diuturnius,
 Ademit patri annos, quos daret filio.
 Medicata illicò Gallia est
 Accepto è cælo oleo vulnus suum:
 Et cùm ita tota esset in Henrico,
 Vt tota esset etiam in Ludouico,
 In eo occiso perempta,
 In hoc superstitè seruata est.
 Tanta iactura
 Minori compensari lucro non poterat;
 Consecratum in noui Regis Chrismate

B 2

Regnum

Regnum putes.
 Adeò eius ne quidem partem ausi sunt
 Attrectare,
 Qui antea totum perdere voluissent.
 Qui euère armorum apparatus in Gallia,
 Opiniones cladum in Europa:
 In tantæ reuerentiam maiestatis
 Sese illicò Mundus composuit.
 Concidit vbique gentium tremefacta Nequitia,
 Quæ, Ludouico in folio spectato, iam crederet,
 Astream, sed iam non feminam,
 Aureum sæculum reducturam.
 Satagite Superi, si diligitis Galliam,
 Ne qui tam multos sceleratis terrores
 Attulit veniens,
 Omnem iis securitatem fecerit iam recedens.



ELOGIUM VI.

Annam Austriacam ducit uxorem.

PATER patriæ
 Eam sine matre non vult.
 Hippolyto castior Princeps,
 Si sibi vni viuere debuisset,
 Orbi Maritus, orbi Rex, orbi Pater,
 Vt securitatem Galliaè páreret,
 Duxit Hispanam.

Inæquale

Inæquale coniugium
 Quia Iusto non potuisset placere,
 Eam ad illum Sponsam
 Hymenæus adduxit,
 In qua & Genus & Genius,
 Et anni etiam pares essent.
 Nobilium animarum æqualitatem
 Cœlesti credas exploratam in Libra :
 Vtraque siquidem
 Eodem Anno, Mense, Hebdomade, in Libra genita.
 Quàm dilexerit coniugem Maritus hinc conijce:
 Illam sequutus est vel nascentem.
 Et bene sanè qui non nisi sanctissimos
 Parere cogitaret,
 Eam ipsam Ludouico Decimoquarto Filio
 Parauit originem,
 Quam Octauus per Blancam dederat Nonno.
 Quæcunque iurgia
 Inter Galliam & Hispaniam vertant,
 Neutra alteri dederit malas Matres.

C

ELOGIUM



ELOGIUM VII.

Sibi, Deoque rebelles compescere aggreditur.

NERMIS Iustitia
 Ne fieret procaci vulgo ludibrium,
 Ætatem omnem armatus transigit Ludouicus.

Execratus eam pacem,
 Quæ arcano vbere bella lactaret;
 Malens generosa pericula,
 Quàm stolidam securitatem.
 Armatam Rebellionem
 Ne semper cogeretur metuere,
 Semel excindere cogitavit.

Seueritatem remedij qui accusas
 Priùs introspecte pertinaciam morbi.
 Calviniana Hydra æquè ac Herculea
 Nisi Verbi diuini igne & gladio excisa repullulat.
 Indignatus in Regno Christianissimo
 Tam multa Christi hostibus licuisse;
 Execratus insuper crudelem clementiam,
 Quæ mallet palpare vlcera
 Quàm curare:
 Furentibus non vtilem solùm
 Sed & necessariam
 Emissionem sanguinis sciens,
 Accurrit ad gladios,

Nunquam

Nunquam magis Medicus

Quàm cùm hostis.

Paratus à Regno potius

Quàm à tam sancta expeditione recedere,

Armatas preces contemnens, vt veras minas,

Adhuc optimè meritis de iis est,

Quibus dum arces eripuit, Deum dedit.

Vixisset æternùm is Princeps,

Qui Dei causam ita suam fecisset,

Vt nullum sibi fidelem sperauerit,

Quem Deo cognosceret perduellem.



ELOGIUM VIII.

*Benearnensium nouam Rempubicam, quadam quasi
specie venationis euertit.*



A EVINI posteros vt viuere bestias scires,

Benearnij stabulantes in syluis Rex sagax,

Non quasi Bellaturus

Sed quasi Venaturus aggreditur.

In nuptiis suis debuerat Galliæ ludos,

Quos & in cæde monstri omnium truculentissimi

Iucundissimos dedit.

Quid non metuerent ab eo venatore Vulpeculæ,

Qui in perditione Nebulonum

Suas statuerat voluptates?

Eo ipso, quo ante annos quinquaginta

Exulare Benearnio cœperat, die,

C 2 A

A Milite suo victor restitutus est Christus.

Iubilæus impietati annus,
Climatericus impiis factus est,
Quibus non indulgentiam sed pœnam attulit.

Placare Deum quî posset populus,
Qui omne sibi sacrificium sustulisset?

Dei Regisque contemptores
Vtrumque vltorem sensere,
Dum nec parcat Ludouici Rebellibus Deus,
Nec Dei hostibus Ludouicus.
Victima esto quicumque Sacerdotes non vis,
Et sordes quas Christi non eluis sanguine,
Diluas tuo.

Benearniæ minimum profuit,
Procul à sceleribus suis mundi Iudicem amouisse;
Quem agnoscere noluerat celatum in Hostia,
Agnouit manifestum in pœna.



ELOGIUM IX.

*Ad Fanum Engeriacum mira Religionis,
& fortitudinis experimenta.*

ROFANATVM Engeriacum Fanum
Quia consecrare non potuit,
Ita execratus est Ludouicus,
Vt decreuerit eripere Mundo,
Quod Christo reddere non speraret.

Eam

Eam expeditionem
 Ut nemo dubitaret à pietate profectam,
 Egit in ea omnia pietas.
 Ad supplicationem verius, quàm ad obsidionem
 Duci visus exercitus,
 In sacello Multiplici, ibi & stationarius Deus fuit.
 Ubique in Eucharistia Christus expositus,
 Sibi militantibus
 Suam & ipse diuisit annonam.
 Susplicari potueras ad bellum sacrum
 Solos Ascetas venisse,
 Adeò Regis, vt in armorum,
 Ita in Sacramentorum vsu, mores induerant.
 Nec malè insuper dubitasses
 An eò sua magis expiaturi,
 Quàm aliena punituri piacula, confluxissent.
 Ita Gallicus Iosue Hiericuntem hanc suam
 Sacerdotum magis clangoribus,
 Quàm bombardarum ictibus profligauit.
 Iratus mœnibus,
 Quò pacatior esse ciuibus posset ;
 Ut hos feruaret, illa destruxit.
 Impiissima compita
 Christo ante se circumlato lustrauit ;
 Mox, ne nomen quidem tolerans antiquæ perfidiæ,
 Vbi Engeriacum fuerat,
 Pagum statuit Ludouici.
 Felix excidio tuo Ciuitas,
 Si erubueris sub tam bono nomine malos mores,
 Et idipsum volueris esse, quod diceris.

D

ELOGIVM



ELOGIVM X.

*Ræam Insulam Rebellibus eripit, mox & ab
Anglis defendit.*



SSVETVS sub scipso Imperatore
Omnia merere stipendia,
ERæa Insula

Reum deturbaturus exercitum,

Viam illuc suis,

Non tam voluit imperare, quàm facere?

Primus obstantes aquas ingressus,

Periculo suo intulit omnibus

Necessitatem sequendi.

Frustrà detonarunt ex aduerso Bombardæ;

Nemo quid audiret aduertit,

Dum solum attenderet quid videret.

Refluas vndas stupor subitus alligauit;

Credas ardore illo tanto siccatum Mare,

Adeò nouam illam Belli rationem

Calcatum verius quàm nauigatum adiuuit.

Rex eo die iam non ex fronte cognitus,

Sed ex manu:

Adhuc tamen pugnauit ille validius

Exemplo, quàm ferro.

Tantam hanc Galliaë laudem

Vt asportaret in Angliam,

Centum Buchinchamius naues Ræam deduxit;

Exonerarunt.

Exonerarunt octona funerum millia,
 Et quò venerant expeditiores ad pugnam,
 Eò rediêre leuiores ad fugam.

Ludouici memoria

Excitauit Toerasio semimortuum Militem:

Nemo potuit eripere se periculis

Quæ Rex tantus subiisset.

Ira Insula, quæ vberrimam gloriae segetem

Dederat acquisita,

Dedit etiam maiorem seruata.



ELOGIUM XI.

Rupellam ab aliis Regibus sæpè frustra tentatam aggreditur.



ECVNDISSIMIS auris

Prouectæ Ludouici Fortunæ

Parare se posse credidit

Opposita Rupella naufragium.

At non habebat Gallia vitreum caput,

Quod vnus illisu Rupeculæ

Frangi posset.

Vesana Ciuitas!

Quæ maiorem pelago daret, quàm Deo fidem:

Fame peritura,

Ferrum omni ex parte collegerat;

Et ne vllam iam capere veniam posset,

Tota constipata sceleribus,

D 2

Tam

Tam multis à se victis Regibus
 Ludouicum addere cogitarat.
 Gauisus pius Medicus est,
 Omne laborantis Galliaë virus
 In membrorum nequissimum coïuisse;
 Hoc vt quâ posset arte præcideret,
 Trium leucarum aggere
 Rupellam à reliqua Gallia separauit.
 Commisit se pelago
 A terris iam abscissa Rebellio;
 Dedit illa se quasi Gemonia de Rupe
 Præcipitem;
 Et vt alienis solari cladibus suas posset,
 Angliam traxit in societatem infamiaë,
 Non in famis solatium.
 Terræ filios, vt Terra non defendit
 Ab Hercule,
 Ita nec Mare Neptuni filios ab Achille.
 Attulit obsessoribus palmas Classis
 Quæ obsessis venerat allatura suppetias:
 Et à Iusti partibus stare vbique Deum experta,
 Quem desperauit vincere,
 Nec videre sustinuit.

ELOGIUM



ELOGIVM XII.

Rupellam post XV. mensium obsidionem expugnat.

RUPELLAM vincere
 Post Ludouicum liceat omnibus,
 Quod ante illum licuit nulli.
 In aliis expeditionibus Ducem, & militem egit,
 In hac Diuinum aliquid planè molitus est.
 Ubique consilio & manu præsens
 Quæ stabant pro Rebelligibus elementa compescuit.
 Nouum littus imposuit Mari,
 Quod vel non posset, vel non auderet excutere,
 Et coactos in obsequium fluctus
 Inculcare peruicacibus necessitatem obedientiæ
 Iussit.
 Illustrata Moles est Anglorum ignibus,
 Non accensa.
 Ad eam lucem mille illius operis enituère
 Miracula,
 Quod utique Ars frustra conceperat,
 Nisi illud Ludouici fortuna firmasset.
 Clausum ratibus Mare, apertum Militibus
 Tantali suppliciis ita vexare perfidos cœpit
 Ut iis semper panem ostenderet,
 Nunquam daret.
 Curauit ebriorum vesaniam fames,
 Viginti Ciuium millibus saginata;
 Ea docuit

E Salutem

Salutem à Ludouici pedibus quærere;
 Quam suis iam à manibus non sperarent.
 Ita Vrbs eadem Expugnatori suo
 Et stetit Trophæum fortitudinis domitæ,
 Et Monumentum Clementiæ conseruatæ.



ELOGIUM XIII.

*Rupella Victor, Christo & Sanctis omnibus
 triumphum cedit.*



VI CVNQVE dies Rupellam euerteret,
 Non potuit vniuersæ Cœlitum Curia
 Non esse festissimus.
 Oculatissimus oppugnator
 Cœlitum in Rupellam inimicitis bene vsus,
 Quia iam omni clausam ex parte
 Vni patère ad iniuriam viderat cœlo,
 Eas auxiliares exinde copias traxit,
 Vt post dilatum
 In Mensem Decimumquintum excidium;
 Sanctorum in eam omnium irruptionem dirigens,
 Calendis Nouembribus
 Eam sibi, superisque omnibus aperiret.
 Gaudius talia bella gerere,
 Quæ Commilitones habere Cælites meruissent:
 Quos omnes in pugnam sæpe vocauerat,
 Omnes voluit interesse triumpho.

Præiuisse

Præiuisse sibi in omnibus Christum
 Ipso incedendi ordine perduelli populo testaturus,
 Captiui modestiâ sequutus eum est,
 Dum quasi ouansin Eucharistiæ veste candida
 Deduceretur.

Et quò foret in posterum tam suæ, quàm Dei
 Causæ consultum,
 Præfidiariis suis adiecit è I E S V Societate lectissimos;
 Infideles eos nesciens suspicari,
 Qui pari obseruantia & Henrici Cor mortui,
 Et Ludouici viuentis animam custodirent.

Io triumphæ Herculi Gallico,
 Qui hoc Augiæ stabulum perpurgauit,
 Et fœdantes Dei mensam

Ita deplumauit Harpyas,
 Vt dum nulla iam in Rupe nidificant,
 Vbique pateant Venatori.



ELOGIUM XIV.

Domitæ Hæreseos inanes conatus irridet.



R C E S Ludouicus Hæresi eripuit,
 At non dentes.
 Quidni mordeat igitur vesana Bestia
 Frenum suum?
 Irascitur bellis,

Quæ quietis inimicos in pacem compulerint;
 Accusat Medicum, quæ magis ægritudinem debuisset;

E 2 Iustum

Iustum eum nolit agnosci,
 Qui quæ Dei erant Deo reddiderit,
 Quæ sua, sibi.

Velit illa tamen, aut nolit; Ludouicus is est,
 Qui Rex à Pharamundo sexagesimus quartus,
 Credi possit in Galliis regnasse primus.

Ita dederunt alij leges, vt & acciperent:
 Cùm haberent penès se Regni insignia,
 Penès alios Regni iura.

Is vnus Gallico planè liber in Regno,
 Qui ne temporì quidem voluit seruiendo regnare.

Hactantâ libertate dignissimus,
 Qui cupiditatibus obsequi
 Nec coactus est alienis, nec voluit suis.

Affuescite Ludouici artibus Principes,
 Et ad easdem laudes iisdem itineribus
 Properate.

Subegerit ille perduelles armorum violentiâ,
 Accepere arma vim omnem ab innocentia morum.

Ornamenta piæ mentis
 Facta impio dogmati tormenta sunt.
 Ideo Calvinismus è Regibus nullum habuit
 Hactenus magis hostem,
 Quia nullum magis dissimilem.

ELOGIUM



ELOGIUM XV.

Pacatâ Galliâ, Europam vniuersam suis implet victoriis.

MITISSIMUM Principem
 Proh! in quot bella impulit amor pacis!
 Dissidiorum occasiones, vt nullas attulisset,

Adeò multas inuenit,
 Vt dum vnâ sopit, alteram excitans,
 Pacando Galliam, turbarit Europam.
 Sint hæc Crimina temporum, non Gallorum,
 Qui vt pacis & ipsi otia diligant,
 Ea libertatis detrimento non emunt.

Mutaturus Rex bella,
 Quæ aboleri non poterant,
 Ad domesticorum remedium
 In externa consensit.

Patefecit hanc ad exteros viam excisa Rupecula:
 Tunc primum incussit Gallia terrorem hostibus,
 Cùm ipsa iam incuteret nullum sibi.

Vocatus suorum Iura seruare,
 Qui tam feliciter recuperauerat sua:
 Superatis, quas frustra hyems defenderat, Alpibus,
 Victoriis suis ingentem in Italiam aditum
 Relaxauit.

Pugnarunt vbique gentium pro tanta virtute,
 Fortuna temporum, Infortunia Nationum,
 Adeò vt Arces Europæ munitissimas

F

Tam

Tam multis inuictas sæculis
 Primus propè vinci posse docuerit.
 Superbiat exciso Sagunto Pompeius
 Carthagine Scipio, Syraculis Marcellus,
 Nemo cum eo Poliorcete se conferat,
 Qui vel in primo bellorum suorum impetu
 Intra nonaginta dies, Vrbes minimùm quinquaginta
 Deditioe, vi, terrore Nominis suas fecit.
 Opponat Inuidia semper infensa felicibus quidquid volet,
 Bellatori tanto idipsum fuit viuere, quod vincere :
 Nisi quod cùm iam desierit viuere,
 Adhuc vincere non cessauit.



ELOGIUM XVI.

*Literarum studia magnis honoribus &
 largitionibus promouet.*



Vi potuit inter bella Mars credi,
 Inter Musas adhuc visus Apollo.
 Assuetus Regnum suum ipsismet ornamentis
 Armare,
 Sciens non minùs necessarios
 Contra ignorantiam eruditos,
 Quàm aduersùs ignauiam strenuos,
 Vtrisque obtulit
 Disparis exercendæ virtutis pares occasiones.
 Erexit sæpè Academias, vbi Arces destruxerat ;

Nec

Nec tamen interim minuisse se credidit munitiones,
 Cùm Magistro potuisset Patre sat discere,
 Palladi nec clypeum deesse nec telum;
 Et hominum capita ineluctabiliùs dimicare,
 Quàm manus.

Sub vno olim restituta Ludouico,
 Refloruit sub altero, penè noua Sorbona:

Academiarum omnium Matri
 Accreuit ex ædificiis dignitas;
 Adeò vt iam non minus oculos

Quàm aures erudiat.

Excitata in tanti admirationem argumenti
 Omnia genera litterarum.

Suspexit in eo Theologus gratiam, naturam Philosophus;
 Mores Ethicus, Musicus modos;
 Solam Poësim Achillis, & Æneæ puduit,
 Cùm cum in historiis inuenit heroëm,
 Cui parem fingere nescisset in fabulis.

Audiat igitur Hæresum Profligator,
 Quicquid magis, erudiendo ignorantiam, domuit,
 Quàm euertendo Rupellam.

F

4

ELOGIUM



ELOGIVM XVII.

*Fugentem strumis laborantium multitudinem solo
sanat contactu.*


QUIDNI adoret Reges suos Gallia?
 Quorum humanitati
 Ita manifesta est inserta Diuinitas
 Ut ipsis etiam morbis ingeneret reuerentiam sui?
 Stare coram tanta Maiestate
 Pertinax alioqui tabes, struma non sustinet;
 In manu Regia diuinam agnoscens
 Imperatam illicò fugam exequitur;
 Felices eos populos probans
 Quibus tam salutaris sit res
 Multis perniciosissima
 Ad Reges accessus.
 Accepit Ludouicus vnà cum Regno virtutem,
 Quam vel priuatus mereri potuerat.
 Tegere illam nesciens cum agrorum iniuria,
 Ita reuocauit ad vsum,
 Ac si Miraculi huius auctoritas
 Non induisset in Galliæ Regibus vim naturæ,
 Sed vt haberetur,
 Nouis egeret quotidie meritis impetrari.
 Vix vnquam fauces contactu soluit alienas,
 Quin præmissis ieiunio cruciaret suas.

Pacatâ

Pacatâ Galliâ

Ad Italiæ fores delatus Segusium
Tantos non attulit felicibus metus,
Quantas Miseris sanitates.

In Diui Iusti templo,
Credas Regis, & Martyris
In vnum coaluisse Iustitiam:
Cùm ibi visus sit Ludouicus
Non illa solùm fecisse, quæ Reges;
Sed ea etiam potuisse, quæ Martyres.



ELOGIVM XVIII.

*Excitata sæpè in Regno dissidia tam feliciter
quàm prudenter componit.*




OLAM Dei domum nulla diuidunt iurgia,
Cæterùm vbicunq; homines, ibi Lites.
Quacunque maior inuidiâ Ludouici Fortuna
Eius penitus prudentiam texerat,
Nisi magnis & ipsa obiecta periculis,
Iis par erupisset.

Coactus in bella
Quorum odisse non liceret authores,
Studuit illa magis prohibere, quàm vincere:
Nec vnquam magis notauit
Humanæ felicitatis lubricam fidem,
Quàm cùm non potuit pacare Palatium,
Qui pacauerat Regnum.

G

Suorum

Suorum non placens moribus,
 Qui suis tantoperè probaretur,
 Eò se deductum ingemuit,
 Vbi videri cogeretur,
 Aut Rex parum prouidus,
 Aut consanguineus parum pius.
 Neutro tamen fractus in scopulo,
 Iniurius nulli, pluribus utilis,
 Carissimorum tolerauit absentiam, non imperauit.
 Quis hanc Ludouico calamitatem obiiciat?
 A qua si factus est minus felix,
 Non factus ideo minùs pius.
 Et tu Lector, multa velis in tua fortuna
 Corrigere,
 Quæ corrigere ob hoc vnum non debes,
 Quia non potes.



ELOGIUM XIX.

Singularia Certamina seuerissimis Legibus interdicit.

BELLORVM Auctorem Ludouicum qui facis,
 Caue ne dicere magis debueris Abactorem.
 Præliis prælia persequutus,
 Extra Regnum suum postquam eiecit publica,
 Studuit etiam abolere priuata.
 Pacem igitur mundo,
 Ob hoc vnum ille non dederit,

Quod

Quod imperare eam ipsam non potuit exteris,

Quam potuit suis.

Execratus probrosam in honoris defensione vesantiam,

Quæ singularibus dissidiis

Singulas sensim Prouincias exhausisset ;

Vltionem non ferens

A Christianis credi magni indicium animi,

Quæ vel Ethnicis fuerat

Certissimum argumentum pusilli :

Infami illam nomine puniens,

Luendum capite crimen fecit :

Dissimulare nesciens eius inobedientiam legis,

Quæ deberet omnibus & æquitate placere,

Et vtilitate prodesse.

Principes ipsos indignos veniã censuit,

Qui, quod ita displicuisset honoris Arbitro,

Adhuc honorem putassent ;

Et nobiles iras in alios.

Quàm in Regni & Dei hostes absumere ausi essent.

Collige, Gallia, quotquot potes Coronas,

Regi tuo nunquam tot Ciucas dederis,

Quot ille Ciues hac vnâ Lege seruauit.

Et miremur in Ludouici Castris

Tantam ingentium animarum frequentiam ?

Strenuos qui perire in priuatis dissidiis vetuit,

Eos habere mox potuit

Periculorum Abactores in publicis.

G 2

ELOGIUM



ELOGIUM XX.

Hæredem filium à Deo impetrat.

DIGNVM Rege optimo hæredem
 Quia non facile poterat Natura concipere,
 Hoc Galliaë beneficium distulit annos plures.

Tantum tamen opus moliri
 Quia Natura sola non poterat,
 Fuit in subsidium aduocanda MARIA,
 Quæ felicibus semper obstetricata puerperiis,
 Vera mundi Lucina est.

Europæ procellis finem sponondit
 E Gratiarum pelago Delphinus emergens;
 Tam boni Musici precibus excitatus exiliit,
 Et mundi calamitatibus territas spes fugaces,
 Piscatoris Petri secum reduxit in retia.

Dedit Ludouico filium
 Ea ipsa, quæ dedit Deo;
 Si muneris igitur pretium liceat ex authore
 Cognoscere,
 Quando etiam fuisset in tam bono Principe,
 Vnde formari pessimus posset,
 Talem dare nollet MARIA
 ANNÆ præsertim,
 In qua & Matris suæ nomen reueretur,
 Et mores.

Inter

Inter Miracula viuat

Qui non creditur sine miraculo genitus;
 Ludouici absentiam aduerti prohibeat Ludouicus;
 Et ne sit infra Decimum tertium Decimus quartus,
 Qui Laureti in imagine uiuit Argenteus,
 Totus in seipso Aureus,
 Sæculo suo pretium faciat.



ELOGIUM XXI.

Ludouici singularis in Deum pietas.

DE o deuinctissimus Princeps
 Ita illi suos omnes agglutinavit affectus,
 Vt nullus nisi in Deum illatis læsus injuriis,
 Vix aliis, quàm Deo collatis honoribus
 Potuerit hilarari.

Eum reueritus vbique præsentem,
 Vbique vixit tanquam ad Aras Sacerdos;
 Nihil inter homines magis cauens,
 Quàm ne quid ageret Deo teste non dignum.
 Vsque ad naturæ negligentiam,
 Et obliuionem fortunæ
 Memor virtutum,
 Diuinitati propiores ita dilexit,
 Vt eas non tam induisse,
 Quàm in iis totus desuisse videri potuerit.
 Religioni sanè quamdiu fuit bellum in Gallia,

H

Nullam

Nullam sibi passus est pacem esse:
 Suas illi iras æquè ac amores vtilis fecit,
 Sibimetipsi eripiens,
 Quam daret illi, securitatem règnandi.
 Christi iura roborans suis,
 Qui commune aliis Christianissimi nomen
 Fecisset propriissimum sibi:
 Ne hanc quidem laudem volens gratuitam,
 Sed & hanc debitam,
 Æternum illi Epinicion victoriis suis cecinit,
 Æternum Eucharisticon moribus:
 Illius gloriam crebris alens ieiuniis,
 Illius ignominias magnis recolens lachrymis,
 Adhuc illum magis imitatione,
 Quàm magnifica templorum Ereptione,
 Laudauit.



ELOGIUM XXII.

Ardentissimus Ludouici in suos amor.



HERCVLIS huius Euristheus
 Amor eximius,
 Quo vniuersos æquè est cõplexus ac singulos:
 Labores illi omnes hic Tyrannus indixit,
 Hic illum, dum quiescere non sinit, occidit.
 Præstantissimum Principem
 Cùm ita bene Ludouicus expresserit,

Expressit

Expressit fortasse melius

Amantissimum Patrem:

Hoc illi nomen ne crederes

Primum detulisse Delphinum,

Puer adhuc filiis visus est abundare:

Vtpote qui quâ die viderat

Se vinctum in Regem,

Eâdem se crediderat

Omnibus assignatum in Patrem.

Nemo maturius induit nominis huius affectus.

Egebat adhuc ipse tutoribus,

Et iam omnium Tutorem agebat;

Sollicitè vigilans

Ne cuiusquam læderet avarus inopiam,

Periurus famam, proditor vitam:

Iam tum intelligens

Principum semper probra esse non temporum,

Quæcunque prohibere potuerant

Dispendia populorum.

Audire paratissimus.

Quidquid auderent supplices dicere:

Alieno felix solatio

Visus accipere beneficium, cum rogaretur conferre;

Nullius Thesauris inhians

Qui eos solùm se crederet habere, quos daret,

Certus in diuite regno nunquam inopem Regem esse,

Suorum diuitias studuit augere, non suas:


Omnium amore dignissimus,

Qui sola populorum vtilitate.

Gloriam Principis metiretur.

H 2

ELOGIVM



ELOGIVM XXIII.

Ludouici in summa felicitate, summa Modestia.

TOLERATE querimonias
 Cuicunque irati præconio, Manes piissimi;
 Vestrarum admiratores virtutum
 Vni Modestiae placati esse non possumus,
 Quæ in hac tanta opportunitate loquendi
 Silentium imperarit.
 En vt ne Iustus quidem in sua Causa
 Incorruptus est Iudex?
 Solem indutus adhuc latere sperauit;
 Imminuit populis libertatem,
 Quibus noluit tantam hanc honestatem licere.
 Facundiam, Tantali poenâ, mulctauit,
 Quam tot lectissimis ferculis irritatam
 Ieiunam adhuc viuere voluit.
 Huic voluntati, licet & tanti Regis vltima fuerit,
 Poëticâ audemus licentiâ reluctari:
 Congerimus in mortuum decora,
 Quæ viuus mereri maluit, quàm habere:
 Testatum volumus mundo,
 Ludouici merita pluris nos æstimare quàm iussa.
 Christus ipse tot ab eo donatus triumphis,
 Depositi eos, non doni nomine retinens,
 Omnes in vno reddidit morienti.

Dei

Dei igitur exempla si sequimur homin es,
 Regi nostro modestia multos honores distulerit,
 Nullum abstulerit,
 Cùm plures sit habiturus in tumulo,
 Quàm aucupari tumidus potuisset in regno.

ELOGIUM XXIV.

Ludouici in Calamitosos beneficentia.



RECEAMVS conductas ab hoc funere Præficas,
 Pauperum pater
 In quocumque pereat populo,
 Nec illaudatus possit, nec illachrymatus efferri.
 Qui miserorum oculos siccauit viuus,
 Etiam felicium genas humectat mortuus.
 Hoc vnum de illo conqueri mundus possit,
 Solatia non dedit diuturna qui dedit maxima.
 Constitutus à Prouidentia
 Nequissimi remedium sæculi,
 Qui cuiuscumque peccata fortunæ
 Suâ poterat charitate corrigere,
 Omnem felicitatis suæ fructum
 Alienis calamitatibus debere se credidit.
 Eius liberalitatem qui præscit Deus
 Ne ita pronum in beneficentiam Genium
 Argueretur frustra fecisse,
 Partes suas duxit
 Non minori eum patrimonio munire, quàm Regio.

I

Et

Et hoc ipsum tamen exhauserat,
Nisi eum dandi occasio, non animus defecisset.

Adolescens ab Aulico monitus,
Quod porrigenti manum ad stipem
Plus æquo munificus extitisset,

Mendicum reuocans
Auaritiæ remedio prodigalitatem hanc emendauit:
Illi non aurum solum quodcumque superfuerat,

Sed & crumenam ipsam adiiciens,
In quasi se non dignæ expiationem tenacitatis.
Et miremur felicem in bellis manum

Quam Dei æmulam veneramus in donis?
Nemo terrarum omnium Imperio dignior,

Quàm qui eas purgatas ærumnis,
Seminat beneficiis.



ELOGIUM XXV.

*Ludouici in deligendis idoneis magnarum rerum
Administris Prudentia.*

ADIUTORES, quos habuit Ludouicus,
Nec mediocris offerre Fortuna,
Nec nisi summa eligere Prudentia potuit.

Optimis qui semel adhæferat,
Eos non est coactus mutare:

Virtutis illius summo miraculo
Vidit in magna Aula senium magna potentia!

Ab omni liber inuidiâ nobilis animus

Suorum

Suorum incrementa semper adspexit vt sua ;
 Et tam non malus Amicus,
 Quàm bonus Princeps,
 Vt quos amauerat, sibi quàm simillimos faceret,
 Non dici quidem Reges, sed esse iussit.
 Quàm idoneus alios regere
 Tam facilis ab idoneis regi.
 Nullum ratus detrimentum libertatis,
 Quod se sanioribus consiliis alligasset.
 Dei more ita egit omnia
 Vt iis etiam quibus vim omnem contulerat
 Laudem relinqueret suam.
 Quis pudor Soli Phosphorum sequi ?
 Et bono Principi ire post famulum
 Præeuntem cum face,
 Describentem itinera, non præscribentem ?
 Qui in magno corpore manus & humeros laudas,
 Memineris omnem esse virtutem ex capite,
 It: quo ideo membra omnia coronantur:
 Vt vt malignus Interpres sagacitati velis adimere
 Quod malè adicias probitati.
 Richelios omne dare Sæculum potest,
 Non Ludouicos:
 Cùm facilius sit inuenire priuatos
 Qui norint rectè consulere,
 Quàm Principes
 Qui ita velint bene Consulentes audire.



ELOGIVM XXVI.

Ludouici mira in adeundis periculis Fortitudo.



MNI ausus horâ prouocare fortunam,
 Conatûs eius omnes ita contempfit,
 Ac si iis se obnoxium nesciret agnoscere,
 Se ipso loricatus animus
 Omnia præiuit in discrimina non vocatus:
 Ibi potissimum primas volens,
 Vbi priuilegium est eligere potuisse postremas.
 Terruisse illum ipsammet Mortem credas,
 Adeò interritus in eius sæpe faucibus lusit.
 Exempli sui violentia
 Thersitem ipsum Achillem fieri coëgisset:
 Iis implere solitus animis se sequutos,
 Vt eius æmuli fortitudinis
 Propè ad fines accederent temeritatis.
 Ad Engeriacum sanè eò vsque progressus Rex est,
 Quò nec triarium
 Vlla parendi necessitas,
 Nec gregarium vlla mercedis auiditas
 Impulisset.
 Nimirum se totum suis ita deuouerat,
 Vt eos iam non solùm authoritate,
 Sed ipso etiam vellet corpore tegere.
 Eo regnante vix alios agnouit Gallia metus

Quàm

Quàm quos ipse hac suâ tantâ securitate
Fecisset.

Pro bono nihil sibi timente

Omnes omnia metuebant:

Nunquam de virtutis præstantia dubij,

Semper de fortunæ infidelitate solliciti.

Absumpsit tamen omnes in his timoribus metus

Erecta in omnem fiduciam Natio:

Ne vnum quidem Pisandrum

In tot exercitibus numerat,

Cùm odiosa videri iam non possint pericula militis

Quæ vsque adeò cara fuerint Regi.



ELOGIUM XXVII.

*Ludouici in plebendis sceleribus, ac munerandis
virtutibus summa Iustitia.*

POPVLORVM fortunam
Artem vestram facite, Principes,
Et vt possitis beare quos regitis,
Ideas discutite quas habetis.

Vnica Ludouico norma Regnandi,

Ad honesta pellicere magnis præmiis,

Deterrere à turpibus, magnis pœnis,

Obruat veriùs quàm erudiat imperantes

Præceptorum multitudine Philosophia:

Tam longum iter peregit ille compendio,

K

Qui

Qui bene semper collocavit beneficia,
 Nec malè supplicia,
 Adeò vt illius in regno
 Tam bono non licuerit esse miserum,
 Quàm malo felicem.

Statutos à Deo Virtutis nutritios Reges sciens,
 Tam multis eam honoribus aluit,
 Vt vix vllò fuerit sub educatore robustior,
 Liberalitatem suam infra suorum merita
 Nunquam passus consistere,
 Dare paratior quàm offerre:
 Vigilias vnus munerans
 Somnos alterius excitauit.

Non ideo tamen oblitus nequitiam plectere,
 Quod totus esset in ornanda virtute,
 Nihil cauit accuratius
 Quàm ne aliena nimum dissimulando flagitia,
 Faceret sua:

Et frustrà innocens, criminosa reus Clementiæ.
 Quas malè condonasset hominibus,
 Deo Iudici pœnas daret.
 Dignissimus quem mundus vniuersus
 Regem ambitet,
 Qui quemquam nollet inter homines viuere,
 Aut impunè malum, aut gratis bonum.

ELOGIVM



ELOGIVM XXVIII.

Laborum amor & patientia singularis.



TERTANT in palatiis desides Animæ,
 Et vnus iis sit labor, tueri otia ;
 Diuinitatis æmulo Principi,
 Ne quis in vita vacaret quieti locus,
 Momenta omnia laudatissimis curis impleta,
 Præsciens annos suos diuturnos esse non posse,
 Quos adeò sæculorum omnium meritis onerasset,
 Naturæ auaritiã suã correcturus industriã
 Ætatis pretiosæ vel minimam noluit partem
 Perire.

Ne suæ quidem misertus pueritiæ,
 Annos, quibus nondum prodesse hominibus poterat,
 Colendo Deo prudenter impendit.
 Assuetus suos in ardua non mittere,
 Sed deducere,
 Nec imperare solùm bella, sed per se gerere,
 Algoris, ardoris, famis comes assiduus,
 Vitam suam fecit
 Et nobile solatium strenuis,
 Et calcar molestissimum delicatis.
 Æternâ consultatione mentem sollicitans
 Qui & agenda non facilè decerneret
 Et acta seuerissimè trutinaret,

K 2 Corpus

Corpus ipsum in animi propemodum naturam

Coëgit:

Ita illi & somni tempus arctauit,

Et amplificauit laboris,

Nulla re magis quàm fatigatione recreatus,

Ipsis venationibus suis videri potuit

Non tam feras, quàm otia persequutus.



ELOGIUM XXIX.

Ludouici in voluptatum vsu temperantia.

LUDOVICI palato
 Ita dulcis accidit Virtus
 Vt præ illa aliam omnem contempserit voluptatem.
 Cupiditatum mactator
 Quæ pati nollent Imperium rationis,
 Affectuum suorum Rempublicam
 Eodem modo quo Galliam
 Vni coëgit Iusto parère:
 Ignorans arcus & sagittas Cupidinis,
 Qui alioqui tam bene
 Omne genus armorum nouerat Martis:
 Execratus probrosam authoritatem libidinum,
 Quæ ipsosmet Reges facerent seruos sibi,
 Studuit is viuere qui natus erat,
 Vnius Dei famulus, cætera liber.
 Galliæ Liliis faciant alij ab auro pretium,

Suæ

Sua Ludouicus, nullâ re magis voluit
 Quàm Candoris admirabilitate laudari.
 Supra omnes Telluris eminentes fordes,
 Nunquam non directus in originem suam,
 Quam cœlo dignam pari fine probauit:
 Præsentibus vti nolens deliciis,
 Quâ fide futuras expectaret, edocuit.



ELOGIUM XXX.

Ludouici in condonandis iniuriis Clementia.

VSTVS non quia dictus est Ludouicus,
 Ideo velit minùs clemens audire:
 Omnis in eo virtus mitigauit oppositam,
 Non exclusit.

Nullius rei magis, quàm iræ suæ dominus,
 Cùm placatus non posset esse sceleribus,
 Adhuc mitis esse studuit sceleratis.
 Semper ad veniam pronior, quàm ad pœnam,
 Paucorum supplicio utilis vniuersis,
 Vt sæuendi occasiones præcideret,
 Affectu Clementiæ in seueritatem consensit.

Cui non parceret reo Princeps
 Qui Rupellanis toties perduellibus pepercisset?
 Ne dilata quidem
 In Decimumquintum mensem deditio,
 Tantum iræ in mitissima mente collegerat,
 Vt quos horrore nequitiae

L

Vel

Vel ipsa destituerant elementa,
 Calamitati suæ puniendos relinqueret:
 Donans humanitati, quod hæresi non deberet,
 Fœdas inuisæ plebis reliquias
 Non videre solùm sustinuit.

Sed & aggressus est pascere:
 Ac si ob id vnum fieri portarum Dominus postulasset;
 Vt non tam sibi, quàm beneficiis suis
 Per eas pateret ad impios aditus,
 Laxatam Urbem sua illico impleuit annona.
 Stupuit Hæresis nouam sibi penitus charitatem:
 Ventris Idololatra.

Adorauit solatium famis suæ;
 Damnauit pleno ore vesaniam,
 Quæ tamdiu ea sibi subsidia distulisset.
 Ita Rupellam visus est bis vicisse,
 Qui pertinaciam iam armis edomitam
 Adhuc beneficiis expugnabat.



ELOGIUM XXXI.

Ludouici in cœlites omnes affectus.

LUDOVICI mores
 Soli tibi amores rectè describant:

In iis ille prodidit
 Quidquid in se modestia tegeret:
 Eorum studiosiùs nutriens famam,
 Quorum æmularetur studiosiùs vitam.

Dum

Dum aliena latere non patitur merita
 Vulgavit sua.
 Bellatori eximio
 In ipsamet virtute pacifica militares animi
 Placuerunt,
 Ignatij præsertim, & Thaumaturgi Xauerij,
 Quorum supremos honores
 Primum à Gregorio X V. beneficium postulauit :
 Quid non impetraret in tam bona causa
 A Patre tam Beneuolo Primogenitus ?
 In Capite suo tot victrix difficultatum
 Laureata Societas:
 Hispanam patre, Gallicam patriâ
 Paribus studiis Regna tam diuersa fouerunt.
 Quid hîc rides de Gebennensi Ganea Ministelle ?
 Ingratus tibi placere potueram,
 Gratus malui displicere.
 Munerauit nostra in te odia
 Tam pretiosis amoribus Ludouicus.
 Ibi collocauit beneficia, vbi suos inuenit affectus :
 Hostium suorum hostibus inimicus esse non potuit,
 Iustitiæ suæ partem ratus eos tueri
 Qui Fanaticam Religionem
 Mitiùs non insequerentur libellis
 Quàm ipse Bellis.



ELOGIUM XXXII.

Ludowici in lethales noxas odium immortale.

VSTO vnicus hostis, Iniquitas,
A qua meminerat laniatam sibi Patriam,
Sublatum Patrem, occisum Deum.

Innocentiæ tenacissimus,
Quam nullo pretio venalem haberet,
Illam vnã incolumem volens in quocunq̃
Periculo,

Eiusdem detrimentis, aut lucris
Fortunam suam omnem expendit.

Non quia Argus in suorum custodia,
Ideo aut Monoculus, aut cæcus in sua:

Omnem sapientiam, ac probitatem
In conscientiæ sollicitauit excubias,

Qui tot hostium irruptiones
Semper excepit intrepidus.

A minima quaque nequitiae larua deterritus,
Securitatem suam solo Dei timore fundauit.

Semper ita deliberans

Vt nunquam vtilia præferret honestis:

Interrogare assuetus

Non quæ possent fieri, sed quæ deberent,
Aulicis suis necessitatem quamdam probitatis

Indixit.

Cum

Cùm amare neminem posset,
 Qui aut non esset optimus,
 Aut vsque ad optimorum deceptionem
 Non posset talis videri.
 Quid hinc tecum susurras liuor improuide?
 Succensere Regibus
 Nec meum, nec tuum est;
 Illi præsertim
 In quo, & tu nihil præter fortunam odisti.
 Errare si potuit Ludouici ingenium, quia hominis,
 Errare voluntas non potuit,
 Quia erat ea ipsa quæ Dei.



ELOGIUM XXXIII.

Variis egritudinibus premitur.

LUDOVICI Animus maior
 Quàm vt in Corpore sine angustiis habitaret,
 Operosissimæ menti
 Nulla potuerunt membra sufficere,
 Cùm solâ laborum mutatione quiesceret,
 Solâ quietis incapacitate gauderet.
 Morbis monitoribus vsus,
 Aluit mortalitatis memoriam,
 Et his saburratus oneribus
 Præcludit leuitatibus viam.
 Mors, quæ diffideret totum vno impetu sternere,
 Studuit illum oppugnare per partes,

M

Ipsis

Ipsis virtutibus animi
 Ad vitiandum corpus abusa,
 Lentè festinans artem edocuit,
 Quæ ex tam longa experientia mortis
 Bene mori optimè disceret.
 Medicatus labore morbos,
 Ac si ex otio prouenissent,
 Dispendia valetudinis, lucra virtutis effecit.
 Circumtulit ille secum
 In Comitia, venationes, ac Bella
 Excitatorem assiduum patientiæ suæ:
 Aluit in visceribus voracissimam Tabem,
 Quæ vt ad medullas vsque peruenerit,
 Nihil de illius integritate comminuit.
 Morborum causas erubescite, Principes,
 Non effectus.
 Fortuna Regis
 Non excludit naturam hominis,
 Cui maius ex qualicumque patientia meritum,
 Quàm quocumque ex dispendio probrum.

ELOGIVM



ELOGIUM XXXIV.

Mortalitatis suæ memor, regno suo consulit.

IN Ludouici Testamento
 Ne quis se quereretur præteritum,
 Reliquit omnibus desiderium sui.
 Iustitiæ illius coronamentum hoc fuit,
 Ita seipsum
 Iuxta cuiusque in se iura partiri,
 Vt cederet spiritum Deo,
 Exuuias tumulo,
 Annos tempori, famam æternitati,
 Filio Regnum, Vxori Regem,
 Principibus bene imperandi,
 Et in commune omnibus
 Bene viuendi optimam formam.
 Ita cogitans ad quos migraret,
 Vt quos relinqueret non esset oblitus,
 Suæ damna prohibiturus absentia
 Sibi similibus rerum habenas commisit:
 Vtilis in eo vel maximè
 Quod videri necessarius non curaret.
 Procerum beneuolentiâ
 Hæredis sui muniturus infantiam
 Iis ipsis ad se vocatis, quos varia fortuna
 Distraxerat,

M a Tot

Tot dedit Paci curatores,
 Quot habere auctores bella potuerant.
 Anteoccupatione sagacissimâ vsus,
 Minus beneuolis ea ipsa contulit beneficia,
 Quæ à sola eius morte sperassent;
 Atque ita eos ipsos lugere
 Suo coëgit in funere,
 Qui videre potuerant finem illius
 Suorum omnium gaudiorum initium posuisse.



ELOGIUM XXXV.

Intentus ad Cœlestia rebus humanis penitus valedicit.

LVDOVICO vt semper cordi fuerit cura regni,
 Prima & postrema extitit cura sui.
 Vitæ, quæ tota fuerat
 Parænetica ad virtutem Oratio,
 Esse mors Peroratio debuit:
 In quam & vehementiores affectus,
 Et utiliora suasioni argumenta coïrent.
 Iacuit in Cubili,
 Ac si sedisset in Cathedra,
 Principum magister idoneus,
 Et felicibus ingens exemplum modestiæ,
 Patientiæ miseris,
 Virtutibus suis fortunam omnem erudiit.

Quàm

Quàm alienus à voluptatibus viuens,
 Tam exemptus à doloribus moriens,

Videri potuit

Ab iis ipsis, quas tolerabat, molestiis abfuisse.

Se oblitus Regem, Maritum, Patrem,
 Ut iam solum hominem meminisset,

Amasius æternitatis

In manifesta erupit odia temporis.

Rerum omnium inanitate deprehensâ,

Vbi decepti cæteri lugent,

Gaudere potuit

Antiquæ credulitati suæ

Tam bene experientiam respondisse.

Nemo dare vitam libentiùs debuit

Quàm qui vnus dispendio

Geminam lucraretur,

Nunquam aut apud Deum in Coelis,

Aut apud homines in Historiis moriturus.



ELOGIUM XXXVI.

Ad mortis nuntium hilaratur.

DE V M anhelanti
 Nullus dolor humana deserere;
 Summa verò lætitia

Fluxum regnum æterno mutare.

Mortem non ita rarò viderat,

N

Vt

50.
Vt eius adhuc formidare posset adspectum:

Sed nec ita adhæserat vitæ,

Vt eo solui glutino pœnam putaret.

Miles emeritus impetrata missione,

Quidni lætus ea bella desereret,

Quæ vt felicia sint,

Nunquam sine populorum detrimentis

Emolumenta Principum emunt:

Qui omnia sibi gaudia

In horam illam distulerat,

Ea tunc primùm securus admisit,

Cùm sibi ab vlllo eripi iam vix possent.

Spei plenus metum omnem excludens,

Quia vixerat vt moriturus,

Mori quoque debuerat vt victurus.

Iusti animam tormentum mortis non attigit;

Tota illa eminens supra corpus

Nullam illius sensit iniuriam,

Qui id semper egerat,

Vt nulli quidquam deberet:

Nullum soluit libentiùs debitum,

Quàm supremum.

Oblatum aliàs recusauerat sæpe natura,

Et desiderij vehementia

Inferentem violentiam Cœlo

Terras adhuc tolerare coëgerat:


Vicit tandem iterata toties oblatio reluctantem;

Addita Ludouici trophæis Natura iam clamat

Illi cedendum in omnibus,

Qui terras armis subegerit, Cœlum votis.

ELOGIUM



ELOGIUM XXXVII.

Ascendenti in Cælum Christo Triumpho comes adiungitur.

Pro tota Ludouici vita meliorem Apologiam
 Ipsâ morte Ludouici non habeas.
 Plenus desiderio pacis, è bello discedens
 Tot exercituum Imperator,
 Quia Duci Christo meruerat
 Ab eodem cæleste Capitolium Ascendente
 Triumpho comes assumitur.
 Commori Christo qui totâ vitâ didicerat,
 Eodem quo ille migrare è mundo die
 Felicitatis suæ partem putasset.
 Attendens tamen æquissimus Arbiter,
 Magis quid Regis merita poscerent,
 Quàm quid vota,
 Iam non illum dolorum,
 Sed gaudiorum comitem voluit.
 Duos vna pompa
 In Cælum extulit Reges,
 Quorum vterque sequi volentibus,
 Quàm alta reliquerit in terra vestigia,
 Montes, mentesque docebunt.
 Nec malè dubites
 Illum in nube sublatum,

N. 2.

Alioquin

Alioquin
 Vnde in Christinae serenitate tot pluuia,
 Nisi à nube
 Quæ & hunc illi Solem eripuit?



ELOGIUM XXXVIII.

Eodem quo Henricus Pater, mortuus die, mense, hora.

ROFANATVM Henrici magni cæde
 Mensẽ, diẽ, horam,
 Scipso Ludouicus expiat Immolato.
 Hæc vltima pio Regi cura superfuit,
 Vt postquam temeratissima sacrauerat loca,
 Impiata sacraret & tempora.
 Gallia Lilia è cælo venisse
 Nouo mundus didicit argumento:
 Viuendi leges à terra non accipiunt,
 Quæ quo nasci mense debuerant, moriantur.
 Iustus heu! nimum Princeps!
 Vitam vbi esse didicit rem non suam,
 Eam naturæ vel non exigenti restituit.
 Ad Libram, in qua genitus,
 Ita semper expendit omnia,
 Vt mori malens,
 Quàm argui moræ reus;
 Regnum eo ipso quo acceperat momento
 Deponeret.

Planè

Planè Christianissimus

Qui vel in hoc voluerit conuenire cum Christo,

Quod quæ illi viuendi fuerat,

Eadem sibi esset meta regnandi.

Decimaquarta mensium dies

Fuerit olim faustissima Gallia,

Cui & ad Abduam contra Venetos,

Et ad Meregnanum contra Heluetios,

Et ad Ceresolas contra Cæsarianos victorias dedit:

Ne nunc quidem credi possit infesta,

Cùm talium Regum donat initia.

Cedite Superi Ludouico Decimoquarto fortunam,

Quam olim Decimæ quartæ indulseratis diei.

Sub Rege felici

Nullus infelix esse Galliaæ dies potest.



ELOGIVM XXXIX.

Mortuus ab vniuersa lugetur Europa.



LUDOUICO viuento

Quia moritura bella præferat,

Mortuum ita luxit Europa,

Ac si non illi solùm,

Sed Paci etiam parentaret.

Discordi mundo tam ingens fuerat

In illius amore concordia,

Vt iis ipsis carus quibus non utilis,

Propemodùm inter tot bella hoste careret,

O

Cùm

Cum amicorum erga se animos
Vel in hostibus inueniret.

Dilexere Regem ij ipsi qui Regnum oderant,
Nec vllus ex ea potuit iacturâ lucrum

Agnoscere,

In qua spem pacis amitterent,
Qui non amitterent ducem belli.

Condonent Superi nobis,

Qui tale theatrum amisimus,

Omnem intemperantiam luctus.

Modestia, quâ se magnificè lugeri prohibuit,

Lachrymas quas siccare voluit, excitauit.

Vetitum nitimur in dolorem,

Et eius obliti iussa,

Dum meminimus merita,

Affectu reuerentiæ obedientiam violamus.

Rex iusta velit, nemo non eadem volet:

Cæterum quoties se contemni præceperit,

Nunquam nos habeat obsequentes.



ELOGIUM XL.

De tota Ludouici Iusti vita Iudicium.



ADVLATIONIS officia qui non admisit viuus,
Non ferat mortuus.
Inflent Elogia tumidos,
Iustos Iudicia sola delectant.

Ludouicus Henrico & Mariæ parentibus

Summæ

Summæ complementum fortunæ,
 Multiplici coæuus prodigio,
 Sæculi secum nascentis initia dedicauit.
 Puer ita factus ad regnum,
 Vt illi Diuinæ iudicio Prouidentia,
 Ultra decennium differendum non fuerit.
 Gallia sibi occumbenti suffectus Oriens
 Pronum in vesperam diem perseuerare coëgit.
 Naetus vxorem, quam parem annis natura,
 Non imparem meritis
 Virtus & fortuna fecissent;
 Vel ipsis Hymenæi facibus
 Hæresi morituræ rogam accendit.
 Erepturus rebellibus nocendi facultatem,
 Quando voluntatem non poterat,
 Sæpe concisos, & non nisi serò correctos
 Edocuit,
 Tam Iusto nihil esse inuium,
 Quàm Impio nihil tutum.
 Ad expiationem hanc Regni sui
 Tanquam ad rem maximè sacram
 Sub habitu Bellatoris
 Affectu Sacerdotis accedens,
 Ita in ea versatus est, vt videri potuerit
 Armis suis non tam voluisse fontes plectere,
 Quàm Deum placare.
 Vicerit ad Rupellam Elementa omnia;
 Plenior illi gloria
 Expugnasse oppositis moribus perduellium animos,
 Quàm ineluctabilibus machinis muros.

O 2

Eos

Eos sortitus administras,
 Quibus suam videri posset
 Contulisse cum authoritate fortunam:

Adeptus victorias
 Continentes in Insulis, stabiles in Euripis,
 Galliam suam in bella deducendo pacavit.
 Seu pugnaret, seu oppugnaret, seu propugnaret,
 Ubique tam strenuus miles,
 Quàm prouidus Imperator.
 Omnes Europæ fluctuantis occupavit affectus,
 Spes, metus, amores, admirationes.

Annos eius si à rebus gestis recenseas,
 Non è Mensibus, sed è Sæculis
 Credes esse conflatos.

Virtuti per omnia vectigalis,
 Illius aut vlciscendis iniuriis,
 Aut exornandis meritis,
 Animi & regni facultates omnes impendit.

Ubique Iustus
 Si vitæ rationem attendas;
 Ubique felix
 Si conditionem fortunæ:
 Non alio fuit miserandus ex capite,
 Quàm quod non potuerit aut bella componere,
 Aut saltem hostes mutare.

FINIS.



Biblioteca de

38

UVA. BHSC. SC 03861



LIBRERIA

DE

LA

de Santa Cruz

03861

UVA, BHSC-SC
03861



UVA. B9/SC. SC 03861





UVA. BHSC. SC 03861